



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Avstria

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

& Beatissimam Virginem eiurauerat, ut mori-  
 retur daemioni amasio, qui eam multi specie car-  
 legerat: cui etiam ipsa se addixerat obirograto:  
 to: sed detestata admonitu nostri sacerdotis can-  
 cinus tam immane fuisset, in arcula nummaria  
 auro se carbones reperisse confessa est. Alia qua-  
 mulier fuit, quae cum se ad Pascha scelera facer-  
 aperturam vouisset Deo, eoq. ipso die votum non  
 uisset, linguae usum penitus amisit. ad hanc euen-  
 sacerdos, remq. ipsam, uti erat, edoctus, populi ei  
 cibus commendauit: ijs effectum, ut & lingua, &  
 ma suis utraque vinculis solueretur. Hactenus  
 Polonia.

## P R O V I N C I A A V S T R I A

**I**N AVSTRIA Provincia  
 stri priore anno duceti quadrag-  
 tres. In Viennesi Collegio quin-  
 ginta sex. In Olomucensi septem-  
 draginta. In Graecensi quinquag-  
 ta. Brumae quadraginta quinque  
 Posteriore. In Viennensi sexaginta tres. In Olom-  
 censi triginta septem. In Graecensi sex & quinquag-  
 ginta. Brumae denique quinquaginta. Alij ab-  
 lab orandum in vinea Domini missi. Cuncti omni-  
 ducenti quinquaginta. Cesserunt e vita quatuor-  
 cesserunt in eorum locum vnus & quinquaginta

## COLLEGIUM. VIENNENSE

GLISCEBAT adhuc Vienna pestilentia  
malū, & nostri tamen, Dei benignitate, quā-  
uis præsto laborantibus, intacti: vt quorum opera  
vtilior, eorum esset firmiter valetudo. Turca vnus  
catechizatus a nostris, nostrosq. in templo a Vien-  
nensium Episcopo baptizatus. Centum & viginti  
atque eo amplius, vno anno redditi verae religioni:  
confirmati plurimi nutantes: & vigilatum interim,  
in Catholicis, ne exolesceret disciplina. horum gene-  
rum adijciuntur exempla. Vir quidam superstitionis  
hereticæ reus, dignationem amiserat: hoc magis ira-  
scebatur nobis, quos etiam probris vexabat, et cum  
daret Deus pœnitentiæ spatium, non intelligebat,  
gravi licet consecuta rerum iactura. Sensit hoc eius  
filius, paterna quidem disciplina imbutus, sed docili-  
tate meliore: et intellexit vltionem Numinis, nostro-  
rumq. innocentiam. Itaque cum rem detulisset ad  
nostros, eorum hortatu ad Ecclesiam se conuertit.  
Exarsit pater pernicax ira, nec verbis modo male  
accipit filium, sed & verberibus ac vulnere: qui  
etiam minatur mortem. hanc adolescens vt vitet, pa-  
terna emigrat domo, vitamq. materna hereditatis  
parte sustentat: & quintodecimo quoque die sacra  
obit mysteria. Etsi non hic solus, sed alij similiter cō-  
tra infensos parentes constantes animos gerunt. Mu-  
lier laborabat difficultate partus, certumq. suum, &  
fetus exitium, non tam timebat, quam expectabat  
Verum

Verum agno Dei, cuius vim in multis audierat salutarem, sic adiuta est, ut nulla præterea obfiscis ope, sed ne ullius quidem mulieris presentia, cissime eniteretur. Alia quædam cum gravi cæcitate morbo, medicorum opem frustra implorata, ex Hemorrhoidis mulieris historia, quæ eo ipso cæcitate in templo, concepta spe sanitatis, si confingeretur corpus Domini attingeret, eoq. pasceret, confingeretur, communicavit, sanata est. Liti inter duas familias exorta, quæ præter coniugum diuortia, multas cades eodem motu trahebat, Societatis operam tunc occursum, difficilibus initijs, non improspere. Multi ad penitentiam adducti et perpetrato lesicio: alij a perpetrando prohibiti: a confessoribus sibi morte unus: duo ab inimicis inferenda. Quæ etiam tempore cum nationes diuersa duæ in duas diductæ partes, æquali utrinque numero circum brachia tota veste, & eductis gladijs concurrerunt fortuito unius e nostris interuentu, pugna, quæ commissa, sedata est. Scholæ nostræ, Cœnobiorumque tubernia uigent discipulorum & flore, & frequentia: permagnoq. multis Pontificiæ litteræ, quibus exercitationes spirituales spe plenioris indulgentiæ incitabantur, adiuumento fuere. Ex his, viginti in Societatem: aliquot Cartusianorum disciplinam: aliquot Canonicorum Regularium ordinem complectitur. In his quiddam accidit memorandum: quod cum quattuordecim socijs suis sublatis peste, simul in cæcus lue, ad Cænobiū properasset, quod est sancti Leopoldi monumento insigne, qua hora eum medici

turum prædixerant, eadem hora, cum Diuinis se munisset sacramentis, mirabiliter conualuit. Inuisunt sæpe Collegium, in eoq. interdum magna beneuolentia significatione diuersantur viri principes, quibus a Pontifice maximo ad legationem aliquã missis, hæc vrbs est vel via, vel terminus. Quod cum faciunt (etiam si sæpe alias) dantur tragædiæ a discipulis, paratu instructissimo, tanta approbatione audientium, vt interdum iterare sit necesse. Itaque eam quoque ob causam Dynastiis vtimur Societatis nostræ amantissimis: quorum auctoritate laxata angustia nostræ rei familiaris. Serenissimus enim Princeps Herneflus a Cæsarea Maestate impetrauit, vt Monasterij cuiusdam iamdudum deserti bona, quæ a secularibus viris obtinebantur, transferrentur ad nostros. ager est & frugifer, & fructuosus: nostris deinde recessum, siue amœnum ad remissionem animorum, siue tutum ad popularium morborum effugium, habet. Sed accendit dolorem Georgij Drascouitij Cardinalis mortui magnum beneficium, quod ab eo supremum accepimus. Is enim, cum Cardinalis nuper creatus esset, et Proregis morte vacaret Præpositura Turocsiensis, cum sacra Maestate, quæ est et Catholicæ religionis studiosissima, & nostræ peramãs Societatis, ita dexter egit, vt ea Præpositura, quo facilius ad pietatem plurimi adiuentur, Collegio fuerit assignata: ea lege, vt instituaturn etiam Seminarium Hungarorum adolescentium. Habet Præpositura oppida duo (cinitates vocantur) pagos, seu villas, duodeuiginti, vber est solum & salubre, letus frumento, pascuis, hortis,

¶

& diues pecoris ager. et nobis quidem hac ob-  
runt liberalitate Inuictissimi Imperatoris huma-  
tate optimi Cardinalis. hic autem, anno postea  
gravi corporis morbo ager presentiret mortem,  
tis precibus Patrem Rectorem accersit. Sed  
longum esset iter, mors iam instans praeuenit  
tatem euntis. At nos optime de nobis meritum  
cipem perpetua beneuolentia prosequemur.

PRAGENSE. COLLEGIUM

**Q**VINQUE in locis nostri cōciones habentur  
sunt Boemica Germanicaeq. bina: vna  
lica. Diebus etiam festis vicinum aduen-  
tum, qui est noster: ubi & Sacrum celebrant, &  
cionantur, magna paganorum letitia cum  
coniuncta. Ceterum Iudaea vna anno superiore  
riore etiam altera baptismum accepit in nostro  
plo. ab haeresi ultra centum & viginti, a com-  
ne sub utraque specie plures abducti: & quod  
profuit ad humiliorum exemplum, plerique  
Discidia inter multos sublata: & unum sane  
coniuges uetus, quorum, uir uxori necem, uxor  
fugam meditabatur. Vir quidam illustris de  
consilio pecuniaria pœnam in sibi subiectos cō-  
apud quos reperirentur libri, qui Catholicorum legi-  
prohibentur. Curio, facta apud nos confessione  
animatus est, ut uirum primarium, qui multos  
sub potestate, ad insigne Decretum impulerit,  
suos contineat in officio. eius capita hæc sunt. Ab

tes Orthodoxã Religionem, diuenditis bonis, ditio-  
ne exeunto. E templo ante absolutum Sacrum  
ne exeunto. Qui secus faxit, ceræ factæ ad Sacrorum  
usum decē pondo dare damnas esto. Curiones, quibus  
impura consuetudo cum concubinis, illas abijciunto,  
aut finibus nostris excedunto. Hæretici cum Catho-  
licis communem sepulturam ne habento. Hæreticus  
quidam condemnatus capitis, cum confessus esset  
apud nostros, hæresimq. eiurasset, & vita est, & li-  
bertate donatus. Pellex, quæ perpetuam fidem amico  
obstrinxerat chirographo dato, domo exire iussa. Con-  
uictorum contubernium & pietate crescit & nume-  
ro. Præter alumnos Summi Pontificis, censentur su-  
pra centum. in his sunt duodecim filij Dynastarum. re-  
lictis errorum tenebris, veritatis lucem aspexerunt  
omnino quindecim. Domus etiam studiosorum paupe-  
rum suos progressus habet. ea nunc in commodiorem  
locum translata alit capita ad centum quadraginta.  
ad Catholicam fidem octodecim anno posteriore con-  
uersi. Magnam experiuntur beneuolentiam & libe-  
ralitatem nobilium: a quibus & adcuntur frequen-  
ter, & ornantur non modo præsentibus donis, sed au-  
gentur etiam certarum rerum possessionibus, e qui-  
bus colliguntur annui fructus. Collegium similiter nõ  
strum, vt hoc quoque expediam, inuisitur assidue, &  
incolitur interdum a primarijs Legatis Principum,  
qui ad hanc urbem appellant. quod ad amplificãdam  
Catholicam religionem plurimum valet.

COLLEGIVM. OLOMVCE

**C**ONCIONVM, qua habitata terna  
 terna: Doctrinae Christianae, qua in nostris  
 plo Dominicis, Quadragesima vero, in parochia  
 pua singulis, diebus, explicata: Pomeridianarum  
 larū, quibus eadē Quadragesima, tradita clericis  
 cepta de officijs Christianis: idem fructus, qui  
 Etiam fidem amplexi centum triginta. ad consilium su  
 candū sub vna tantum specie reuocati uno anno  
 plus septingēti. In duobus oppidis, quo nostri  
 rerunt rogatu Episcopi, quingenti adducti ad Co  
 cum cōmunionis ritum: confessiones generales  
 centū excepta. sed haec in uniuersum: nunc autē  
 tur proprie nōnulla. Vir erat, Deo quidē consecr  
 sed impudicis irretitus amoribus, magnis sibi  
 diebatur conscientiae: secundum quietem nihil  
 admoneri a matrona, pulcherrima oris dignitate  
 Matrem praedicat) vt Olomucium contendat: ubi  
 repertū iri sacerdotem a quo liberaretur angere  
 neque aliter dictū, ac factum. Alter, cui mens  
 veneficij, oppressaq; diabolo, vxorem ita conu  
 tur, vt eius aspectum ne visu quidem perferre  
 ret: prope etiam aberat a l. queo. hic, cum ad  
 esset a nostris, per confessionis remedium omni  
 mum corpusq; periculo liberauit Idem persuad  
 bus ne, an sex? nam idem numerus vtroque am  
 ditur: qui quarebant suspendium. Quidam ex  
 quod hinc abest triginta milliaribus, cum e  
 in qu



in quo erat, expulsus esset verberibus, a matre. acce-  
 ptus maledictis, & coactus uxorem ducere, suspen-  
 sus animi, conjugale torum non attigit: sed cum au-  
 disset, Iesuitas opem ferre afflictis, eam a nostris sup-  
 pliciter petijt, & Dei beneficio, impetrauit. Mulier  
 aetate confecta & luminibus orba, ne se in morte con-  
 taminaret hæreticorū sordibus, itinere passuum qua-  
 ter millium sine duce, sine comite ad nos venit, ita im-  
 patiens moræ, et eundi certa, ut neque irrisus filij, con-  
 silium suscipiendi itineris, neque frequens, quod erat  
 necesse, in via aberratio & lapsus, suscepti, proposi-  
 tū retardarit. Sed hoc nō raro euenit, ut multi ad nos  
 veniant causa confessionis: qui eam ob rem a suis, alie-  
 na imbutis superstitione, & conuicia plerumque, &  
 interdum verbera (quod vni accidit matronæ nobi-  
 li) perpetiantur. Vir erant vxorq. pari nobilitate &  
 superstitione insignes: apud hæreticum ministrum con-  
 sultebatur. afflictaur mulier morbo, qui ei fuit supre-  
 mus. hæretico absente, maritus vnum e nostris, quo  
 amico utebatur, orat, ut vxorē consoletur, nihil cun-  
 ctatur. hæretici interea, re cognita, præcurrunt,  
 missisq. nuntijs, nostrum monent, ut abstineat ac-  
 cessu: nihil opus esse eius auxilio. at noster nihilominus  
 opportuna importunitate mulierem inuisit, re-  
 perit agram & fluctuantem astu conscientia: nec  
 prius discedit, quam eam cum Deo, & cum Ecclesia  
 reconciliarit. quæ postmodum, prædicans aperte gau-  
 dium suum, hortari domesticos cæpit, ut si salui esse  
 vellent, ad fidem Catholicam, posita pertinacia, re-  
 uerterentur.

O GRAE-

## G R A E C E N S E . C O L L E G I I

**D**ECESSIT superiore anno Pater Hen-  
 Blyssemius huius Collegij Rector: vir de-  
 risq. admodum rari exempli. quod spectatum est  
 huic Collegio, Pragensiq. toti denique Provin-  
 quando praepositus est, summa cura et diligenti-  
 partes recte sentientium rediere, nostrorum opo-  
 res quinquaginta. in his vxor viri primarij, qui  
 ritus per decem ipsos annos cohortando, nihil  
 multi praeterea viri feminaeq. praepotentes. nec  
 re qui abiecerunt contumaciam, in vtraque spe-  
 municandi. ex carcere, placatis ijs, qui se prius  
 querebantur, educti nonnulli. Pacati Optimates  
 qui inter se inimicitias gerebant. Aliquot pra-  
 superiora flagitia mutatione vitae obliterarunt.  
 torum furtorum reus iam acceperat supremam  
 tatis nuntium: iam parabatur condemnatio. Super-  
 cum interea hinc corruptores cofluunt haeretici  
 sacerdos noster accedit hortator. certamen pro-  
 tum erat illius anima: ipse, vtrinque auditis  
 bus, iudex futurus. Sed placuit Deo, vt plerumque  
 hominem esset simplex oratio veritatis, quam  
 et eata fucus eloquentiae. itaque ad Catholicam  
 conuersus, quod exiguum habuit spatij, in conser-  
 do se ad Christianam mortem consumpsit. Sep-  
 iam quiddam, re perinde et aestimatione mirum  
 Vir erat, qui extrema, opinor inopia, ad desperandum  
 redactus, animum daemoni, corpus homini addidit.

certo pretio. nec mora: actus ad trivemes, adigitur ad remum. inde elapsus, huc se confert, ubi tuto esset. Quintus agebatur ab eo mancipatu annus. Hic igitur cum ipso fortasse Parasceues die (nam hoc quoque incerto est) vagaretur per urbem non solus, ac præter lanienam iret, carnibus iam expositis ad vendendū, socius, qui cum eo erat, IESV Maria, hodie carnes exclamat mirabundus. ex improvise commemoratione sanctissimorum nominum cantus quidam accidere visus ad alterius aures longe iucundissimus, incredibili animum voluptate perfudit. ergo repetens identidem illa, commutatus est totus, mox etiam præter omnem cogitationem, sed valde ex utilitate, ad peccatorum confessionem accessit. Nunc etiam insidere ait sibi in memoria voces suavissimas, quarum repens usurpatio inueteratam emolliit duritiam cordis. Instituta est a fundatore nostro, permissu Gregorij Tertijdecimi, Sixtiq. Quinti Summorum Pontificum, & superiore anno promulgata, postmodum etiã Pontificio, Casareoq. Decreto confirmata Gracensis Academia, cuius rei series, si breuiter explicetur, habebit, opinor, non iniucundam narrationem. Constitutū est in medio tēplo nostro, quod est capax, intra ternas columnas tabulatum pulpitem præcelsum ac peramplum, vario peristromate: ubi locus ornatis sedibus, & cooperta holoserico mensa, in qua sceptrum, & sigillum Academiae Rectoris insignia, & aurea lanx, ubi litteræ Pontificiæ, pendentibus redimiculis, explicabantur. Reliquum templum inferius conuestitum erat aulais, plurimoq. epigrammate de ho-

nestarum laudibus disciplinarum, ac Principis  
 & omnia visebantur signa: nimirum quattuor  
 ginti, subiecto ad vnum quodque disticho, va-  
 gumento. Inter omnia eminebat Elogium  
 litteris grandioribus, affectata de industria  
 vetustate verborum, quo plus venerationis  
 admirationis erga peregrina. Quod vnum, qui  
 laudabant, haeretici carpere: cum dicerent,  
 nunc demum Iesuitas, qui non contenti  
 gua, cuderent nouam. ut videatis quam sit  
 iudicio istorum, quibus illa pro ludibrio. Hic  
 fuit templi ornatus. Cetera fere gesta in hunc  
 Sacrum de Spiritu Sancto insigni Muscorum  
 tu, alternantibus choris, illustri caerimonia  
 Seccouiensis fecit: idemq. Fratres nostros refecti-  
 sti corpore. Hoc peracto, exaggeratum pulpita  
 procures multi inscenderunt, qua etiam nostri  
 per semihora spatium oratione habita ab  
 Stris de Academiarum institutione non sine laude  
 datoris, Cancellarius Principis nonnihil praesens  
 diploma primū, deinde Privilegia Aulico Scriba  
 legeret, dedit. His clara voce pronuntiatis, illi  
 Cancellarius nomine Principis, primo diploma  
 dein sceptrum, postremo sigillum Academiae  
 sito Prouinciali tradit, non sine praefatione  
 ma honoris. ad qua noster. Reuerendo Praepositi  
 nerali, et Societati Nostrae, munus illud curae  
 tum quidem in nobis erit, ad Dei gloria recte  
 ordine omnia gerantur, fore inornata breuitate  
 qua viro religioso pro facundia erat. Ceterum

tias agendi munus in alterum reiectum. et acta qui-  
 dem sunt illa, Deo, nostroq. fundatori copiose, & lucu-  
 lente: ea scilicet oratione, quem & pius multorum  
 fletus, & ipsorum etiam haeticorum admiratio  
 approbavit. Iam quattuor horas tenuerat. hac ce-  
 lebritas: & claudi placuit dicendo hymno, laudibusq.  
 Deo rite persoluendis. Tum vero Princeps cum con-  
 iuge liberisq. ac praecipua nobilitate ad Collegium. Pa-  
 ratum erat, eius impensa, in grandiore atrio epulum  
 lautissimum. assedit cum suis: variisq. Praesules sacris,  
 & alij Prouinciarum Reguli, suis locis. postremo se-  
 paratim etiam nostri. Et cetera quidem conuiuaria  
 mensa tegebantur oppositu multorum nobiliu, uel cir-  
 cum sistentium, uel ministrantium. ad mensam nostro-  
 rum patebat omnibus vacuus liberq. prospectus.  
 Quo magis tot Patrum Fratrumq. suspiciebatur inesse  
 stata sobrietas, & in hilariore etia conuiuio modera-  
 tio. Inter prandendum audita est symphonia suauissi-  
 ma, concioq. distincta varijs linguis (duodeviginti  
 fuere) non sine admiratione & voluptate cunctorum.  
 Ad finem prandij, Principi iterum gratia acta. Secu-  
 ta est perpetua trium dierum disputatio. et priori-  
 bus quidem duobus de pronuntiatis Theologicis. po-  
 stremo de Philosophicis habitae concertationes. quas  
 Principes cohonestarunt praesentia, & Praesides sin-  
 guli disputationibus: a praefatione uidelicet exorsi,  
 & desinentes in gratiarum actionem. Illustrarunt  
 etiam, sed longe animo diuerso, aduersarij, quos vo-  
 cant Pradicantes. Qui cum ad veritatem oppugnandam  
 supra vires niterentur, suam non solum ostende-

runt pertinaciam (cupiunt enim se dici in hoc mundo  
 pertinaces) sed (quod minime volunt) imperio prode-  
 frigeant & cauillabantur, ut vix se a risu de-  
 rent. nec defuit ad letitiæ cumulum tragedia pa-  
 rima. ad extremum, incredibili omnium gratula-  
 Græcensis Academia, muliebri habitu, omni-  
 principum artium choro, triumphali curru  
 Atque per hæc spectacula additus nouus Aca-  
 honor, et discipulorum numerus auctus. Simili-  
 britas disceptationum adhibita Autumno, octo-  
 no, cum de more litterarum studia repeterentur

DOMVS. PROBATIONIS.  
 mensis.

**E**T SI HIC informantur Nouitij, in  
 omnibus excitatus ardor, vnus & alius  
 torpore diuinitus excusso: tamē erudiuntur  
 in scholis tum ad litteras, tum maxime ad pietatem  
 Puer quidem vnus cum audisset de magistro, de  
 rianos omnes Inferorum pœnis esse damnandos  
 constans fuit in Catholica religione, cui iam  
 rat: ut eum pater nec vinculis, nec verberibus  
 tridui inedia a proposito reuocarit. alter, cum  
 set, sexta feria, Sabbathoq. ac per uigilijs, abstinet  
 a carnibus, ita hoc arte arripuit, ut illis diebus  
 simplici victit et pane, aut, si ne hic quidem deus  
 hil omnino degustandum putet: qua perseuerantia  
 septuennis puer vtrumque parentem ad meliorem  
 uertit. Ex similium numero constans Congregatio  
 quæ

qua, vno anno, duo nobis aggregati, per multis auxilio prodest, & exemplo. Datur etiam opera alijs numeribus nostrae Societatis. Ad Ecclesiam traducti triginta quattuor, in his vnus, qui in haeresi perstiterat annos quinquaginta, ad communionem sub altera specie quattuor & quadraginta, atque ex horum etiam numero vnus, annos natus octoginta: qui postmodum migravit e vita. Confessiones vel a prima pueritia excepta quinquaginta sex. plures triginta ad matrimonij, quae violauerant, iura reuocati. inter hos vnus, qui post primas nuptias, viuentem adhuc uxore, quaternas contraxerat, flagrante libidine. Sollicitatus a demone, vt se laqueo suspenderet, a Deo liberatus. Mulier necandi mariti consiliu cum amore mutauit. Discordes multi reducti ad concordiam. vicini pagi lustrati. Sed haeretici nos aequis oculis pro suo more non aspiciunt. sermones etiam infames ferunt. Bacchanaliorum diebus, quibus propter concessam vulgo lasciuiam, latior fingendi licentia, sparsus erat rumor, non incerto auctore, tres Iesuitas cum meretricibus comprehensos, inclusos in carcerem. Dissertabant eadem multi: non quia crederent, sed quia credi volebant. nec tamen vt callide vulgatum, ita a Catholicis temere creditum. Plerisque indignantibus, re comperta vnus cum Iudice egit, vt ne crimen iret in exemplum, criminatores truderetur in carcerem: falsa scilicet infamia in veram paenam conuersa. Simili impudentia, exitu non valde dissimili, cum Serenissimus Archidux Austriae Ernestus, Viennam, Praga rediens, flecteret Brumam, iactatum

est, causam fuisse itineris, consilium nostrum te  
 te pellendi. quæ fabula ubi Archiduci per  
 Prouincialem innotuit. Subi dens, recte ad  
 isti, inquit iam iamq. vestrum uenimus ad  
 Venit, Sacro interfuit, domum totam perber  
 stravit, frementibus aduersarijs. Hæreticus qu  
 domum habebat nostræ contiguam: oratus sepe  
 ut uenderet templo necessariam: tantum ab  
 exoraretur, ut etiam quæ necessario terram  
 bitura odorem, ultro obuenteret in eam partem  
 sciebat conuersam esse Eucharistia custodiam  
 impune. lenta enim & difficili tabe correpta  
 quanto longior uita, tanto plus esset supplicij:  
 extremum confectus est. Addam huc etiam  
 Vir quidam ferox ac potens, cum quo lis erat  
 bus, atroci interdicto uetuit, ne quis nostrorum  
 rumue nostrorum attingeret limites suos: hæc  
 addita, ut si quis deprehensus esset, in fædo ca  
 tamdiu contabesceret, donec moreretur: eaq. de  
 Patrem Rectorem litteras dedit. Quas ubi  
 ipse rescripsit in hæc uerba. Tu quidem mihi  
 busq. meis, & colonis nostris interdictum in  
 fundis tuis, sub carceris interminatione: ego  
 ubi rescuero, te intra fines nostros, licet angustia  
 dem intulisse, occurram ultro, et qua par est bon  
 tate, complectar. His litteris ita fractus est  
 animus, ut posito furore, edictum renocavit, &  
 gatum aliquot annorum censum persoluerit, &  
 rumq. fundorum nobis liberam reliquerit  
 sionem.

SE D

V

fundat

striffin

magn

lapide

das

nerit

ad ex

quos

stratu

iam o

prior

haber

atque

lioris

si oct

mun

non

acce

muli

tegr

Alia

sue

ceba

na p

S E



SEDES. CROMLOVIENSIS. ET  
Vratislaviensis.

**V**BI CONSTITIT de voluntate Reuerendi Patris Nostri Generalis, in hac vrbe fundandi Collegij, nihil dilata est eius edificatio. Illustrissimus enim Rosensis, simul atque accepit litteras, magno perfusus gaudio, sollemni caerimonia primum lapidem in fundamento posuit quartodecimo Kalendas Apriles, ita properato opere, vt iam fere peruenit ad fastigium. Idem Rosensis domum extruxit ad exemplum Praga, vbi nutriantur adolescentes, quos paupertas a litterarum studio retardat: magistratu urbano praebente necessaria Conuictoribus: ij iam octoginta numerantur. Nostri hic resederunt priore anno sex, posteriore octo. In maxima parocia habentur conciones duae, Boemica, & Germanica: atque, vt debilia fere sunt principia, magna spes melioris successus ostenditur. vno anno expiati ab haeresi octo: peruersam abiecere sub vtraque specie communicandi consuetudinem, viginti quinque. Ceterum non parua fit quotidie in ciuium animis ad pietatem accessio. Iuuenis quidam haeretica labe infectus, & mulier vna, ludificantem varia specie diabolum, integra confessionis & caelestis agni remedio eluserunt. Alia deinde Societatis nostrae munia erga eos, qui siue in nosocomijs, ergastulisue attinebantur, siue ducebantur ad supplicium, de more obita, quo magis noua plerisque, eo gratiora omnibus acciderunt.

V R A-

**V R A T I S L A V I A E** versantur quatuordecim  
 Quorum opera tum in confessionibus audientibus  
 teacta vita quadraginta: tum in haereticis, hi fuerunt  
 quadraginta duo: tum etiam in ijs, qui sub vtraque  
 specie communicabant, hi quinquaginta: ad vtriusque  
 & communem Ecclesiae ritum conuertendis, ita  
 Episcopo ipsi, et Clero probata est, vt hic ne, an  
 sa nostrum Collegium institui oporteret, longae  
 liberatione certatum. Nyssa visum commoda  
 quamquam Vratislaviensibus etsi iam spes fere  
 nis: nondum tamen cura decessit. missa ea de  
 Patrem Nostrum littera. Interea Vratislavia  
 habendis concionibus, confirmandis ijs, qui  
 redierunt: e quibus tentatus nonnemo, & vinctus  
 & verbera expertus: in conglutinandis discordiis  
 in adiuuandis stipe collecta, pauperibus, confutatis  
 haereticis, libellis pijs magna cum multorum vi  
 tate spargendis, tempus egregie collocatur. nec  
 erga nos & Episcopi, & venerabilis Collegij Ca  
 nicorum, & aliquorum etiam ciuium illustrium  
 gna significatio voluntatis.

## M I S S I O N E S . V A R I A E

**M I S S V S** SACERDOS cum fratre  
 ciuitatem Furstenfelt, ea est Styriae finis  
 ma, in Hungariam vergens: atque adiutus ille popu  
 lus, vt plerique haeresim agnoscerent. Cum plures  
 petrent Societatem, vnus est factus voti comp  
**D V O P I L S N A E** annum fere integrum  
 morati

morati, viginti septem ab hæresi absoluerunt. rudes multorum animos, qui ad hæreticorum fere exemplum generatim se fatebantur nocentes, species autem peccatorum aut internoscere, aut dicere nesciebant, edocuerunt quid sentiendum esset, quidue faciendum. frequentior Eucharistiæ, & recitandi Rosarij vsus inuectus. superstitiones sublata. uera ieiunandi cõsuetudo, quæ aboleuerat, reuocata. vacillantes in fide, confirmati. Virginis Sodalitium institutum. Mulier Lutheriana a spectris, recta contestatione religionis: altera item mulier, & vir vnus a furore fanatico: illa consecrati agni imagine, hic autem confessione liberati.

Dominus Ioannes Guillelmus a Schonchirchen, vnus e clarissimis Austriæ Dynastis, ad Ecclesiæ gremium aliquot ante annos traductus, magnopere concupiuit, eos quibus imperitabat, eiusdem habere beneficij participes. obuenerat ei morte hæretica socrus oppidum, Haussechium appellatum, etiam hæreticum. eo in oppido duæ erant superstitionum faces, minister, & magister ludi: sed ille vehementior. vterque erat exterminandus. nostros accersit. ministrum interea callido stratagemate expellit, quasi qui conuicio Præfectum loci petisset. hoc factum, ne plebs imputaret odio religionis aduersæ. discedentem non magno negotio, vt varam vibia, secutus ludi magister. tum nostri perpurgare cõperunt oppidum a sordibus annorum minimum triginta. fit Sacrum, habetur concio sæpius magna frequentia. afferuntur rationes, cur vni potius Orthodoxæ Ecclesiæ, quam tot multiplicatis Hydræ capitibus fides habenda. nec fuit

fuit facile obsistere veritati. persuasum est omnibus  
quattuor exceptis, ut ceterorum conversionis  
testes relinqui viderentur. rem adiuvit opportuna  
tyo Dynastæ qui, in Catholica fide consensus, qui  
fueritq. semper Christiani orbis, quam etiam  
esset amplexus, exposuit. omnes deinde re-  
biturum filiorum loco: eiusq. rei illud signum, quod  
mitteret omnibus libere, quicquid sibi quocumque  
nomine deberetur. Gratum id Deo. nam & vixit  
stinatæ melior mens iniecta. Vbi prima euenit  
conuersus animus ad instaurationem templi, et  
rumq. imaginum: ad imperitos populos, eorum  
modoq. faciendæ confessionis instruendos. qui de  
legitimo parrocho diligenter commendati. Regis  
iuuante, feliciter cessit.

**CREMBSIVM** ciuitas est Austria, in  
Vienna discesseris, prima, opibus virisq. celebra-  
huic proxima est duorum stadiorum spatio ab  
S: ain nomine, a quaestiosa negotiatione insignis  
munis vtrique magistratus: et si Crembsio auctus  
maior. Vtrobique Luther trigesimum iam annis  
percrebuit. ita, quamquã quarto abhinc annos  
iussu, Lutheriani impostores eiectione: ciues tamen  
sunt præfracti, ut nec adire templa, nec audire con-  
nantem, nec infantum baptismata, nec adultorum  
matrimonia Catholico ritu celebrare sustineant.  
rochus in tanta multitudine, septem, aut, summa  
octo, in concione numerabat. puerum infantem  
vnum toto anno baptizabat: ad ea, quæ interesse  
debantur religionis, hæretici vocabantur. Mox  
est

est momentū in recōciliatione huius vr̄bis, quod eius exemplum minores alix in Austria sequātur. Rogatu igitur Episcopi Passauiensis, mandatuq. Serenissimi Archiducis Hernesti missus vnus e nostris ad populū in Catholicam fidem formandum. Ad primam concionem, ad quam pauculi sperabantur, venere centū: tum fama increbrescente Papiſtæ et Iesuitæ concionatoris, Crembsienses in primis conuenere ad aliquot millia. et in peritiam fastumq. Prædicantium (hoc nomine suos concionatores hæretici appellant) modestum e proximo exemplum onerabat. noster sacerdos, vt verus & efficax in dicendo, ita in reprehendendo prudens & moderatus: vt cum illos iam auersarentur, nostrū nō amare non possent. Cuius scilicet & auxilio vsus est Senatus Populusq. Crembsiensis apud Archiducem Hernestum, & consilio vitur frequenter in ijs, quæ pertinent ad Catholicam religionem. Et hic quidē multa ad Dei gloriā. reducta vetus consuetudo signi dandi quotidie certis horis Angelicæ salutationis: abluti pueri infantes bene: multi: & Catholico ritu compluria coniugū paria copulata. obſetrix quo modo baptizandi fetus, edocta. Plebis vnuerſæ, vt nouam esse vitam ex oris habitu facile agnoscas, ita noua dicta factaq. publicus affirmabat magistratus, qui ius administrat. plurimi fiebat ab omnibus Pater, tum ob labores vtiles, nec vnquam interruptos: tum etiam, quod sacculum plenum aureorum, quem sua sponte miserat ciuitas, constantissime recusauit.

VEIDOVIVM ciuitas est ad Ipsum am-  
nem,

nem, in caeno haereticorum immersa annis  
 triginta. magnam partem homines opifices  
 vagi plerique: qua re vtraque & licentia alit  
 audacia. In hac vrbe Frisingensis Episcopus  
 exercet iurisdictionem. arx vrbi imminet.  
 Praefecti inuitatu, viri admodum Catholici,  
 penes quos regimen ciuitatis, & vero ipsius  
 pi, mittitur e nostris ille idē sacerdos, qui rem  
 sechianam, & Cremsiensē prospere gesserat  
 conuenit vnus missus a Casare: ac tres  
 Frisingenses, qui eruditione & pietate maxim  
 stant: quattuoruiros dixeris. Hi statim, qu  
 eis mandatum, Praedicantes vrbe pellunt, temp  
 clauibus a Senatu repetitis. Hic noster, magn  
 tio omnium, & gratulatione multorum, cont  
 habet, eam, quam illi quattuoruiros censueru  
 primendam. pax erat rebus omnibus. sed tate  
 vesperi excitata tempestas. It populus fure  
 portam arcis, eā appetunt lapidibus: nox obst  
 in incepto pergeretur. postridie mane plebs col  
 vesano fremitu suos sibi ministros restitui  
 cumq. validius intenderetur rumor a non  
 inujs, sub meridiem affluxere virorum aliquo  
 lia, quasi ad praeliandum instructi: ita iam non  
 dibus, sed armis suos repetebant. cesserunt quat  
 uiri iratorum amentiae, seseq. per auersam porta  
 publico receperunt in alteram arcem Episcopi  
 aberat passibus bis mille. Triduo post cum  
 dissest populi tumor, ciues profecti ad eos duode  
 ti, factum excusant, Senatum criminantur. plac  
 praefecti

præsripto interrogari & notari singula. Quæsitum  
an ullus e concione tumultus. nihil minus. id præci-  
pue, ne falso aliquando ad Cæsarem Principesue Catho-  
licos traduceremur, litterate perscriptū. Noster sacer-  
dos nondū de primo abierat loco. at Dominus Eugge-  
rus, maximi uir animi optimiq. consilij, illū fere reni-  
tentē in currū suū abripuit, & populari leuitati sub-  
traxit. Viennæ vix vnū diem constiterat Pater, Veidouium reuertitur ad munus concionum, ab initio Do-  
minici Aduentus vsque ad annum exeuntem. e qui-  
bus multiplex consecutus est fructus. Missionem hęc  
videtur demō multis modis impedire voluisse. e cur-  
ru vectores semel per Danubij littus præcipitati ma-  
ximo discrimine: & soluti equi tamquam furijs acti,  
Præfectum arcis, qui eques præibat, pæne obtriu-  
erunt impulsu. Ceterum sacerdotem nostrum Veido-  
uium rediisse, & tam intrepide concionatum esse, ma-  
gna illis quattuoruiris admirationi fuit. Neque vero  
res metu carebat. quin ipse nō ignarus periculi, quo-  
tidie conscensurus suggestum, ita se comparabat, ac si  
suprema illa concio futura esset. Qui & aliquando  
capta occasione, constanter ac libere in hunc modum  
differuit. Equidem non ignoro, viri Veidouienses, me  
a plerisque vestrum designari ad eadem: insita mor-  
talibus natura, vt suauia magis, quam vera audire  
letentur. quam si potestatem dabit vobis Deus, ne  
ego ero promptior ad accipienda vulnera, quam vos  
ad inferenda. neque aliud pretium exitus postulo,  
quam conscientiam non tacitæ veritatis. Quod si op-  
pugnare hæresim, vestram arcem, videor, paribus ar-  
mis

mis concurrere, lingua, aut, si forte, calamo. vna  
 tra omnes, Deo duce, suscipio dimicationē. arma  
 cul facessant aduersus pacatum & inermem.  
 tamen si intentatis, habetis hominem, pro  
 millies paratum mori, quam ab incepto desistere  
 neque enim erit finis mihi vitæ, quem vos mitis  
 nis, sed melius principium & gloriosius tunc em  
 scuntur ij, quibus sic mori contigerit. vnam ven  
 reor vt vobis possim persuadere, emer suram  
 sanguine virorum segetem, qui, uel inuitis nobis  
 quod ego efficiant: eadem quidem voluntate, se  
 cultate maiore. Dei enim causa agitur. a qua  
 nia consilia pulchra & magna, ipsiq. omne con  
 robur: et sine quo, quamuis callide prouisa, frust  
 tur euentu. His verbis infracti omnium animi  
 toniti admiratione eius constātia, religione etiam  
 ti, venerari cœperunt, quem extinctum esse cupie  
 Faxit Deus, vt quod, eius benignitate feliciter  
 choatum est, id optimi virtute parochi filii  
 confirmetur.